

Sectio prima sive theoretica.

Quid est praecarius, quam honoribus et rei-  
publicae muneribus perfunctum — posse suo iure  
dicere idem, quod apud *Ennium* dicat ille *Pythius*  
*Apollo*, se esse eum, unde sibi, si non populi  
et reges, at omnes sui cives consilium expetant,

*Suarum rerum incerti; quos ego mea ope ex  
Incertis certos, compotesque consili  
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.*

Cicero de oratore lib. I.  
cap. 45. nr. 199.

§. I.

*Muneris proreitoralis auspicia solemnia.*

Novimus ac experientia subinde edocti sumus  
vari generis molestias et curas, quae partim  
sollicitant et premunt, partim sub pectore fixae  
versant atque coquunt eorum animos, quicun-  
que ad rem publicam aliquam gerendam acce-  
dunt et munera, quae sibi exinde sunt mandata,  
dextre fideliterque administrare, atque, quacun-  
que in re possint, rem sive salutem publicam